

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1137 - 1180

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

et sanctę Christine aditulati nichil juris ecclesiasticę vel seculari potestati debeant preter obedientię subjectionem, quam episcopo Argentinensi exhibeant. non prepositum, non advocatum, nisi quem ipsi elegerint, presule predicto constituyente, habeant. episcopus etiam, si locum eundem aliquando visitare voluerit, ita caritative veniat, ut nulli pre multitudine gravis existat. advocatus autem, si dampnum aliquod in rebus, que ad eundem locum pertinent, fecerit et ammonitus a fratribus statim non emendaverit, episcopo libram auri persolvat et advocatura careat aliusque electione ipsorum constituatur. acta autem sunt hęc inprimis in civitate Argentina coram episcopo Cūnone, Friderico duce, in horum presentia testium: Burchardi decani, Geroldi, Hugonis, Hessonis, Rūdegeri, Berhtolfi, Cūnradi, Sigefridi advocati, Mannonis, Sigefridi, Wolframmi, Hunberti, Gebenonis, Burchardi.<sup>1</sup> sed ego gratia dei residens in synodo generali cupiensque cuncta digne deo gesta corroborari, per anathematis vinculum interdixi, ut nulla deinceps hominis persona de cunctis rebus, que predicto loco concessae vel concedendae sunt, quicquam audeat auferre vel diminuere, sed fratribus ibidem deo famulantibus libere deserviant et indiminate. facta sunt autem hęc anno incarnationis domini millesimo centesimo 37, indictione 15, regnante Lotario imperatore, presentibus his testibus: Algozo, Karolo, Berhtolfo, Berhtolfo, Petro, Eberhardo, Burchardo, Heinricho, Harberto, Wicrammo, Alberto, Waltero, Burchardo, Gelphrato, Johanne, Dithero, Simone, Hugone, Bezelino, Herbone, Cōnrado.

<sup>20</sup> B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1658 or. mb. c. sig. int. subt. impr. Datirung nach der Beurkundung. Die Datirung und die Zeugen sind mit hellerer Tinte und von einer andern Hand der Urkunde hinzugefügt.

4. Die päpstlichen Legaten, Bischof Petrus von Frascati und der Cardinalpresbyter Petrus, bestätigen die Verfügungen des Straßburger St. Peterscapitels über die Verwendung der dem Custos zufließenden Einkünfte und Gaben. [1180.]

Petrus dei gratia Thusculanensis episcopus et Petrus de Bono sancte Susanne presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, omnibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. postulantibus<sup>a</sup> desiderata concedere tunc precipue nos hortatur commisse nobis legationis<sup>b</sup> autoritas, quando ad id quod postulant, si propria virtute non fuissent inducti, sollicitis fuerant exhortationibus inducendi. dilecti siquidem filii nostri Eberhardus prepositus et canonici sancti Petri Argentinensis de restauratione sue ecclesie pia et laudabili devotione, vacante ejusdem ecclesie custodia, communicato<sup>c</sup> cum Cunrado electo et discretioribus personis ecclesie majoris Argentinensis consilio, statuerunt perpetuis inviolabiliter temporibus observandum, ut<sup>d</sup> una pars reddituum prescripte ecclesie custodie in reficiendis

a) B postulantes b) B legationi. c) B communicatio. d) B et.

<sup>1</sup> Die Handlung muss, nach der Zeugenreihe zu schliessen, nach 1109 etwa in die Mitte des zweiten Jahrzehnts des 12ten Jahrh. gesetzt werden. Vergl. für die Zeugen UB. I, 56 nr 69 u. 70.